



**Clypevs Theologiæ Thomisticæ**

Continens Tractatus de attributis, de visione Beatifica, de scientia Dei, ac  
de ejus voluntate, & Providentia

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Parisiis, 1669**

Art. VI. Quæ ex Catholicorum testimoniis Adversarius objicit, breviter  
diluuntur,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77232](#)

elio intercedam, aut diversum feram, quod Iacobus Arminius, & illius affecta Perchinsius, Arnoldus, Vossius, Grossius, Molinam laudent, Pennorum diu noctuque legant. Suarem sibi in Magistrum & Patronum aesciant; quod scientia media sit illis loco clypei & teli, quod Adversarios depellant & laceant. Si dicas Ariminenses non longe esse à regno Dei, & inde putes tua sensa commendari, quod minus ab illis factio Ariminensis abborreat; idem de Gommaristiarum in Thomistas proportione prejudicium pro nostra sententia arripiā. Igitur hic equo Marte aeternū certabimus, nisi aliunde probes Ariminenses Calvinistas, equitate causa Adversariis esse superiores. Sed hoc non evinces, nisi adjungas vos longius quam Thomistas ab errore absē; quod unum nostrae controversiae caput est, haec non probatum, neque illa confessione hereticorum unquam coincidendum. Nonne praefaret hic votum pacis preferre, quam eterna discordia semina serere & favere? Per me non stabit, quia perpetuam pacem ineamus, in commune Ecclesia Catholica bonum, cum aliqua causa nostra noxa, compensanda utilitate religionis. Ego sane nihil dubito polliceri, meo, omniumque Thomistarum nomine, Ariminenses pro Catholicis nos habituros, si aliis erroribus abdicatis, ad Ecclesiam redant, quamvis ad partes Molinae de gratia, prædestinatione, & libero arbitrio accedant. Sed a vobis exigo simile studium pacis, nec vobis heretici sint Amesius, & Molinus, quandiu de gratia, prædestinatione, & libero arbitrio, cum D. Thoma, Alarcos, alisque Thomistis, idem loqui & sentire visi fuerint; neque hoc nomine, si cateros errores ejarent, ab Ecclesia exclusi velii. Has uringue conditiones pacis acceptas habeamus, nec nimio præjudicatarum opinionum amore, incendium, quod à multis annis flagrat Ecclesia Catholica, morem extingere, vel augeamus. Per me non stabit, quia à mutuis accusationibus, in Religionis Catholica perniciem, & Hereticorum scandalum, abstineamus; nec Ariminenses nos depellemus, quod scientia media puter iter sibi munire ad aviram Ecclesia fidem, dummodo vos eodem animo excipiatis Gommaristas, & Dordrechanos, si à suis erroribus partiantur decretis Schola Thomistica, se ad fidem Catholicam trahi. Certe à nullis tamquam pacis incunde medium reiici potest, nisi ab ijs, apud quos præjudicatarum opinionum amor, adversus antiquas traditiones, & tranquillitatem Ecclesia studium, invaleat.

## ARTICVLVS VI.

*Quæ ex Catholicorum testimonio Adversarius objicit, breviter diluuntur.*

86. **V**alidius argumentum objici Thomistis videtur, ab ijs Authoribus petitum, quorum pietas & religio recusare autoritatem vetat. Objicit itaque in primis Adversarius, quod antequam nascetur Calvinus, Thomas Waldensis, Carmelitarum in Anglia Provincialis, temo 1. doctrinalis fidei, querebatur magnos aliquos viros periculosè philosophari in admittenda necessitate agendi, quæ foret extra hominis potestatem, & penes Deum: hi autem qui alij esse possent, præter Thomistas, è quorum Schola circa illa tempora prodit Bravardinus, is cuius doctrinam tantopere ac tam sèpe laudat Twissius, sicuti

Tom. I.

A jam tunc nascituris faveret Calvinistis? Admodum etiam scire cupit Adversarius, quinam illi sint quos indigitat Dominicus Soto, dum dicit libro 1. de natura & gratia cap. 15. Quin etiam sunt inter Catholicos, quos vivâ voce dogma hoc afferentes, nobisque reclamantibus, defensantes audivimus; prius quid Denys quadam nos vi ac necessitate ad se perirahat; ita ut in nostra conuersione merè habeamus nos passivi, & receptivi, de quo idireo Sacrosancta Synodus sessione 6. Nimirus (subdit P. Annatus) idem erant sine dubio quorum meminit idem Soto capite sequenti, dum dicit: Sunt ergo inter Scholasticos, qui docent, posito concursu Dei, non esse ururunque in potestate voluntatis agere & non agere; ob idque secundo ait, hujusmodi concordum non connumerari inter requisita ad agendum: imo dicunt, ut sùi utamur voce, concomitari actionem ipsam. Horum autem duorum, vel ururunque nunquam intellexi, vel neutrum unquam credam. Quid autem credere, explicaverat paulo ante, his verbis: In adultis reddenda est proxima causa, cur cum duos ageret sit Deus paratissimus convertere, presentissimaque utrumque misericordia aspirat, hunc trahat, illum non trahat: que revera reddi non potest, nisi quod alter præbat assensum, & cooperatur, alter vero minimè.

B Hoste testimonium viri primarios inter Thomistas clarissimi, facit ut Adversarius credit, amare veritatis, magis quam partium, scripsisse Bellaruminum id quod legitur libro 1. de gratia & libero arbitrio cap. 12. nempe quod sententia quæ docet gratiam efficacem esse qualitatem Dei physicam, qua determinat voluntatem ad volendum & eligendum bonum, videtur aut esse omnino eadem cum errore Calvini & Lutheri, aut parum ab illis differre.

C Idem sensisse Cardinalem Petronium probat ex Authoro Gallie purpurea, qui refert ipsum Clementi VIII. ad partes Dominicanorum inclinanti, pro physica gratia motione, significasse se impetraturum ab omnibus Europæ Sectariis, ut huic determinationi subscriberent.

D Denique inter ipsos quoque D. Thomæ discipulos, nonnullam esse hujus cum Calvinistis concordem suspicionem, probat ex Campanella, qui in libro de prædestinatione & reprobatione, testatur plerosque ex Calvinistis gloriari de confusu cum Thomistis, in materia de gratia & prædestinatione, & ex Joanne Gonzale, & Joanne Vincentio, qui à communis Thomistarum sententia recesserunt, ne Calvinismi notam, vel suspicionem incurserent.

E Hac omnia P. Annatus objicit, quæ veluti argumento opponere placuit, ut majores vires habeant. Hæc tamen non multum vrgent, neque insudandum erit, ut solvantur.

F Ad primum igitur respondeo Thomam Walensem, magnum sua patriæ, & familij Carmelitanæ ornamentum, præfato libro doctrinalis fidei, disputare contra Wicleffum, qui jam Calvinus præludebat, dicebatque Dei præscientia tolli liberum arbitrium, & omnia necessariò, necessitate absoluta, contingere: unde ibidem conqueritur, magnos aliquos viros huic errori favere, èo quod illi etiam ex divino decreto necessitatem quandam absolutam & præcedentem in actus humanos inueherent. Sed quid hæc ad Thomistas? An fortè eandem necessitatem ex divinæ voluntatis & motionis efficacia in actus nostros derivati existimant? Sæpius diximus, esse omnium

88.

89.

90.

91.

X x iii

Thomistarum sententiam, divina decreta & auxilia, ita esse efficacia, ut tamen actualem voluntatis indifferentiam, seu absolutam dissentientiendam potentiam, à voluntate non auferant. Et certe nusquam existimasse Waldensem, Thomista sua de gratia efficaci sententiā, favere Wicelio, & necessitatem absolutam & precedentem in actus humanos invehere, omnino convincit, quod etiam ille in libro de Sacramentalibus cap. 7. 8. & 9. gratiā per se efficacem, voluntati dominantem, & velle ac operari in nobis operantem, cum Augustino agnoscet, illudque Augustini de correptione & gratia in principio, saepius repeatat. Non se itaque fallant qui dicunt, ut quid nobis predicitur atque precipitur ut declinemus a malo, & faciamus bonum, si hoc non agimus, sed id velle & operari Deus operatur in nobis? sed potius intelligent, si filii Dei sunt, spiritu Dei se agi, ut quod agendum est agant. Aguntur enim ut agant, non ut ipsi nihil agant.

92. Sed hīc Adversarium sui meminisse vellem, dum innuit, Thomam Waldensem, cū permagnos illos viros, quos periculose philopharci scribit, in admittenda necessitate agendi, qua fōret extra hominī potestatē, & penes Deum, intelligere physice prædeterminationis, & absolutarum prædefinitionum assertores. Qui enim fieri potest, ut Dominicus Bannez primus fuerit physice prædeterminationis inventor, ut Theophilus Raynaudus, aliquis ex Societate communiter dicunt, si jam tempore Martini V. & Concilij Constantiensis, quō Waldensis contra Wicelium scribēbat, id est centum quinquaginta tribus annis, ante evulgata Banni opera, in quibus decreta & auxilia efficacia & prædeterminationis statuit, Waldensis ipse, permagnos aliquos viros prædeterminationem docentes audiverit. Sanè ut id conciliat Adversarius, hoc unum supereat, ut dicat Waldensem hac in parte prophetasse, & prævidisse Dominicum Bannem, & post centum quinquaginta tres annos futurum, audivisse. Nam Thomas Waldensis, ex Possenvino, obiit anno 1430. Bannez verò edidit Commentaria sua in primam partem anno 1583, id est centum quinquaginta tribus annis post ejus mortem. Alterum igitur ab Adversario concedendum est, vel doctrinam de divinis prædefinitionibus, & physica prædeterminatione, antiquissimam esse, & à ducentis tringinta sex annis floruisse, atque à magnis & doctis viris eo tempore fuisse propagnata, non verò à Banne anno 1583, excogitatum, ut Patres Societatis causantur; aut magnos illos viros, de quibus Waldensis Tomo primo Doctrinalis fidei conqueritur, non esse divinarum prædefinitionum, seu physica prædeterminationis assertores, ut innuit hīc Adversarius. Quid horum electuris sit, planè non video, ut illud Susanna locus sit usurpandi, Angustiae sunt undique.

93. Atque hīc etiam est quod Adversarij fidem & sincerum animum, neque dolo pugnantem, Thomista desiderent. Paragrapho 2. num. 100. innuit, Bravardinum, Cantuariensem Archiepiscopum, fuisse ex Schola Thomistarum, & tamen in libro quem nuper idiomate Gallico scriptit, & cui hunc titulum præfixit, *la conduite de l'Eglise*, parte 2. cap. 4. deridet ac fugillat Antonium Arnaldum, quod Bravardinum inter Thomistas numeraverit. Verba ejus hæc sunt: *Cum Dominus Arnaldus spem fecisset exponendi nobis Thomistas omnes, nullo excepto, idem cum eo sentientes, ementitos duntaxat milites, in Thomistis*

A larvatos exhibet. At quod quæscvit Bravardinum, ponendum in capite omnium Thomistarum? Et quomodo id, si astringeretur, probaret? nisi forte (que valde violenta videtur conjectura) suaderet Bravardinum Thomistam, quid Avenioni fatus Episcopus, voluerit in Cordigerorum Ecclesia conferri?

B Le sieur Arnaud nous ayant fait esperer, qu'il feroit monstre de tous les Thomistes qui sont de son avis, *nullo excepto*, ne nous fait voir que des Passé-volans travestis en Thomistes. Mais où est-il allé chercher Bravardin, pour le mettre à la teste des Thomistes? Et comment feroit-il, s'il estoit obligé de le prouver? Sinon peut-être qu'il voulut se servir de cette conjecture, qui paroît bien violente, pour persuader que Bravardin étoit Thomiste, c'est qu'ensemble fait Evesque en Avignon, il voulut estre sacré dans l'Eglise des Cordeliers?

C Quantum ad Dominicum Soto, levior est suspicio, ut ad certum judicium in re adeo gravi, & ad improperandam Thomistis cum Hæreticis confessionem, sufficiat. Unde enim Adversarius colligit Sotum indigitarū juniores Thomistas, cū assit se contra quosdam Catholicos reclamasse, quorum doctrinam à Tridentino proscriptam existimabat? Nihil enim eo loco Sotus refert quod oppositum non convincat. Tria his Authoribus Sotus tribuit, que nullum unquam Thomistarum, aut re ipsa, aut in specie docuisse, Adversarius reperiet. In primis ait loco ab Adversario citato, illos Catholicos docuisse, quod Deus nos vi & necessitate quadam pertrahat. Secundo, quod in nostra conversione mere habeamus nos passivè ac receptivè. Terzi, capite sequenti de iisdem Scholasticis loquens, dicit illos existimasse, posito Dei cursu, non esse utrumque in potestate voluntatis agere & non agere, & propterea illum non numerari inter requisita ad agendum, sed actionem ipsam concomitari. Quem verò ex Thomistis (nullum excipo) reperiet, qui his subscriptat? Qui Deum nos vi & necessitate pertrahere existimet? Qui putet voluntatem in conversione, nullo contatu, nullā cooperatione adhibitat, solum passivè se habere, & qui sentiat demum non esse utrumque in potestate hominis, posito concursu, agere & non agere? Quem Adversarius inventer (ut sua etiam ipsius verba iterum repoman, & sui partim meminisse ostendam) quem inquam inveniet, qui dicat voluntatem divinā gratiā prædeterminationem, carere proximā ad dissentendum, seu non agendum potentiam? Quem dabit qui doceat Dei concursū non esse præsum, sed tantum simultaneū, & actionem ipsam, prioritate saltem naturae & causalitatis non præcedere? Hæc equidem Adversarij conjectura levis est, sed tamen gravissimam contradictionem ostendit.

D At demum, si damnatam à Tridentino præmissionem Sotus existimat, non erat adeo hebes vir excellētis ingenij, & de quo aliquando dictum est, *Qui fuit Sotum, fuit totum*, ut proscriptam à Tridentino sententiam teneret cui intererat, nulli etiam in explicandis, defendendis, elucidandis Theologiae difficultatibus secundus, qui ob insignem in propaganda fide, furgidisque Hæreticis ardorem, illustri meruit stemmate à Tridentinis Patribus donari: flammæ scilicet è duarum manuū conjunctione erumpentes, cum hac Epigraphe: *FIDES QUAE PER DILEC-*

## SEV CALVINISMI ET IANSENISMI DEPVLSIO. 351

TIONEM OPERATUR. Præmotionem verò tenuisse Sotum, ignorare minimè Adversarius potest, cùm eodem loco quem refere ex capite 16. libri de natura & gratia ( quod opus in ipso Concilio Tridentino Sotus editit, & à Legatis Concilij approbatum fuit) post ea verba quæ supera retulimus, statim subdat. *Etenim non est dubium quin concursus Dei, licet comitur, ut aiunt actionem, sit nihilominus cuicunque causa requiritus ad agendum, IMO VERÒ ET NATURA PRÆREQUISITUS, quoniam non solum Deus est causa effectus secunde causa, verum ipse etiam MOVT EAM AD AGENDUM.* Et rufus, loquens de actibus nostris liberis, ait: *Non prius tempore à Deo, quam à nobis, sed simul à Deo & à nobis sunt, ab eo tamen prius NATURA.* Item cap. 18. agens de concursu Dei ad actus malos & peccaminosos; hæc scribit. *Haud equidem difficiuntur Theologi, entitatis ( ita vocari) qua est peccatum, Deum esse causam, ex efficiencia genere, quod cuncta animantia & inanimata, AD SUAS NATURALES ACTIONES PERMOVET.* Quæ verba non possunt intelligi nisi de præmotione physica, cùm agentia naturalia & rationis experientia, motionis moralis capacia non sint.

**96.** Nec quemquam movere debet, quod idem Author ait cap. 15. nempe è duobus quos Deus paratissimus est æquè convertere, præsentissimaque misericordia affirat, reddendam causam proximam, cur hunc trahat, illum non trahat, quod alter probarat affensem, & cooperetur, alter minime. Consulto enim causam proximam assignat hujus discriminis, non primam radicem; absit enim à D. Augustini, & S. Thomæ Discipulo, ut in voluntatem creatram referat id de quo Paulus querit, *quis te discernerit?* Addo quod, in fine Commentariorum super librum quartum sententiarum, id quod in libro de natura & gratia dixerat, exponit de causa solitum materialis & dispositiva, & ait: *Quamvis causa prior efficiens que nos convertit, sit motio Dei præveniens, tamen dispositio materialis, que hoc modo dicitur causa, est affensus nostra. Sicut causa efficiens præveniens cur fenestra aperiatur, est aer intrans, & causa materialis cur aer intrat, est quia fenestra aperitur.*

**97.** Plurimum P. Annato debo, quod Bellarmum adjecterit; hoc enim suā objectione egit, ut eodem capite 12. libri primi de gratia quem citat, acrem ejus censuram repererim, cuius fortè non meminisse, quâ Molinæ sententiam excipiat. Audiat itaque quid sua Societatis Bellarminus de opinione Molinæ sentiat. *Prima opinio eorum est, qui gratiam efficacem constituant in affensi & cooperatione humana; ita ut ab eventu dicatur gratia efficax, quia videlicet fortius effectum, quia voluntas humana ei cooperatur. Hac opinio aliena est à scientia Auguſtinii, & etiam Scripturarum Divinarum, everit fundamenum prædestinationis divinae. & abutitur voce gratia efficacis. Quid Leſſius, Martinonus, aliquique Molinæ defensores, huic Bellarmini cœntrū opponen? Dicent haud dubiè, in hoc Bellarmum excesſisse. Quidni ergo idem Thomistis respondere licebit ( quorum non magis quâ Patrum Societatis intereft, Bellarmini honori confulere) verbaque ista Magistri à Lorca, Cisterciensis, disp. 21. de gratia conclus. 2. illi opponere: *Nimis excedunt illi, qui insuperabili contentione defendunt, physicam prædeterminationem quam docent Thomistæ, auferre libertatem, & sententiam quæ**

**A** illam afferit, NIHIL AUT PARUM A CALVINO DIFFERRE. Cum enim evidens sit esse S. THOMÆ DOCTRINAM, & plurimum ex antiquis Scholasticis, nullâ ratione timendum est, aliquid inesse periculi; sed potius credendum est, esse fidei Catholice consonam. Et his censuris uti, NEC PIE NEC PRUDENTER FIT.

B Verum existimare malum quod plures sentiunt, nusquam ea verba quibus gravius quam par esset, sententiam D. Thomæ & Thomistarum notaſſer, piissimum juxta & doctissimum Bellarmum scripsiſſe, sed a quibusdam Jesuitis Germanis, qui impressioni libri controversiarum ejus præterant, intrusa fuſſe. Neque hujus fraudis & adulterationis evidens argumentum deest: triplex enim habeo. Primum est, quod Fuligatus, & Sylvester à Petra Sancta in vita Bellarmi, libro 2. c. 5. pagina 100. editionis Latinae Antuerpiensis, narrant modetiam Eminentissimi hujus Cardinalis, maximè tunc apparuisse, quando ( inquit) cum volumina controversiarum essent disposita, ut in lucem edi posſent, non modò æquanimiter ( si- cūt ipse met deinde Benedicto Justiniano testatus est) sed cum hilaritate etiam paſſus est, à Patribus Societatis in Germania, quoad pauculas opiniones immutari, in spem fructus inter Hæreticos uberioris.

C Secundum ejusdem fraudis argumentum est, quod in editione Lugdunensi apud Pilehorte anno 1593, quadam circa hanc materiam habebantur; que minimè reperiantur in editione Parisiensi anni 1608. & è contra, ut videre poterit Lector, utriusque editionis collatione, ad finem capituli 14. libri 4. de gratia & libero arbitrio.

D Sed denum quod ea verba in libro controversiarum Bellarmi, à Correctoribus Germanis, vel aliis Jesuitis, intrusa fuerint, non levis conjectura, sed evidens argumentum ex eo sumitur, quod Bellarmius infra libro 4. cap. 16. sententiam Thomistarum ut probabiliorem amplectatur, his verbis: *Altera ratio conciliandi libertatem humanam, ET FORTE PROBABILIOR est juxta sententiam S. Thomæ, qui docet cooperacionem diuinam ita concurrende cum causis secundis, etiam liberis, ut non solum eis dederit & conservet virtutes operativas, sed etiam EAS MOVEAT ET APPLICET AD OPUS, ut cognosci potest ex 1. p. quest. 105. art. 5. & libro 1. contra Gentes cap. 70. & in questione 3. de potentia art. 7.* Quæ sententia videatur valde consentanea, runa Scriptura, quæ dicit nos in Deo esse, vivere, & moveri. Actorum 17. sum etiam rationi & ordinè quem habet prima causa cum secundis.

E Addit tamen ibidem, motum seu applicacionem quâ voluntas efficaciter movetur & applicatur à Deo, penderit à negativa quadam dispositione, quâ homo Deo non resistit, sed sinit se ab illo moveri & applicari; & per hoc humanam libertatem cum divina motione conciliat. Ubi licet quod addit ad conciliandam libertatem, minus probabile sit, & à Thomistis, aliusque gratia per se efficacis defensoribus, rejiciatur communiter; eo quod D. Augustinus de prædestin. Sanct. cap. 8. dixerit negationem resistentia esse effectum ipsius gratia efficacis, non verò dispositionem ad illam requisitam: *Hec gratia ( inquit) que occulte humanis cordibns diuinâ largitate tribuitur, a nullo duro corde repudiatur, idcirco enim tribuitur, ut cordis duritia primius anferatur:* Constat tamen Bellarmum, sententiam D. Thomæ probabilitatem existimasse. Neque

98.

Adversario similem Bellarminum putaverim, qui sibi contradicat, & eandem sententiam probabilio em inter Theologos, & ab errore Calvini minus remotam, dicat.

99. Ad id quod de Cardinale Perronio ex Gallia purpurata P. Annatus refert, in primis dico Autorem hujus libri fuisse Jesuitam, & in favorem Jesuitarum aliqua in vita Cardinalium Dossati ac Perronii scriptissime, à veritate penitus aliena: unde hac narratio in eodem prædicamento reponenda videtur cum peregrinatione Pythagoræ ad monasterium Carmeli, ex quo Philosophiam deduxisse creditur, ut verbis & exemplo Adversarij utar: præsertim vero, cum Perronius nunquam in tot epis. stolis ad Henricum Magnum conscriptis, quibus cum de minimis etiam quæ in Congregatione de Auxiliis agebantur negotiis certiorum facit, de hoc tamen, quod potissimum erat, ne verbum quidem dixerit.

100. Deinde respondeo, quamvis hac narratio vera esset, sententiam Clementis VIII, sapientissimi & eruditissimi Pontificis, ad partes Dominicanorum pro physica motione gratia propendens, Cardinalis Perronij judicio anteponendam esse, maximè cum ab ipso hac de gratia & libero arbitrio controversia, ea ubertate doctrinæ, & vi argumentorum, quâ ceteras explicat, non pertractetur, ut mirum aut incredibile non sit, ipsum latuisse discrimina inter Thomistas & Calvinistas à me demostrata, præsertim veram & germanam sensus compotis & divisi intelligentiam; cum plures viri doctissimi, omnesque Societatis Theologici, qui de hoc scripserunt, nimis Suarez, Lefsius, Molina, Vazquez, Merarius, Coninchus, & alij, in hujus celebris distinctionis intelligentia, ex qua tota pender hujus difficultatis resolutionis, & libertatis cum efficacia gratia concordia, hallucinati fuerint, ut in Tractatu de prædestinatione fuse ostendemus.

Disp. 6. art. 4.  
101. Non est etiam, cur Campanellam nobis opponat Adversarius: Sciant quos veritatis & antiquitatis amor tenet, hunc Authorem liberioris semper fuisse sententia, & scientiarum novandarum cupidissimum: nec mirum cuique esse debet, illum temere adeo scriptissime de nostris dogmatibus, cum non dubitaverit totam Aristotelis Philosophiam, damnare, omnesque ejus positiones, asinates appellare, & afferere. D. Thomam nunquam legisse Aristotelem, quod suarum esset constitutionum observantissimus, quibus caveretur, Ne fratres nostri libros Gentilium legant. Utinam cum magnitudine ingenij, quâ fere sui saeculi miraculum in Philosophicis videri poterat, parem habuisset erga antiquitatem & SS. Patres reverentiam.

102. De Gonzalis opinione breviter dico, eam nihil aut parum à communi aliorum Thomistarum sententia discrepare; ille enim negat dari in Deo scientiam medianam, admittit prædefinitions absolutas, gratiam efficacem Augustinianam, & physicam prædeterminationem, quam non vult confitere in motione virtuosa, aut in qualitate fluente, & viali, sed in actibus indeliberatis, qualis est intentio finis, in quo ab Alvare & aliis Thomistis diffidet. At hoc parum refert, nec minus disputari potest, salvâ causâ & doctrinâ communi inter Thomistas, quâ à defensoribus scientiae mediæ disputatur, in quo medio Deus futura contingentia cognoscet, circa quod inter se ita divisi sunt, ut in quinque vel sex diuersas cogantur abire sententias, ut disp. 4.

A art. 2. ostensum est.

Demum Joannes Vincentius Asturicensis, quem ultimo loco nobis objicit Adversarius, admittit omnino prædeterminationem physicam, respectu actuum bonorum; hoc uno differt, quod probabilius existimet, Deum non prædeterminare physicè voluntatem creatam ad substantiam & entitatem actus peccati, ut refert Ledesma in Tractatu de auxiliis.

Sed æquum forsitan fuerit, ut Adversario mutuam vicem repandamus, & ut ipse duorum Cardinalium, & quorundam Thomistarum testimonia nobis objicit, ita & nos totidem Cardinalium & Jesuitarum testimonia, illi pariter opponamus.

Primum itaque ex Sacro Purpuratorum Patrum senatu Baronum oppono, cuius pietas, & doctrina non minor, toti Ecclesiæ notissima est, & qui Molina doctrinam suâ novitatem periculosa existimat. Etenim in Epistola quam ad Dominum de Vilars Archiepiscopum Viennensem misit, & quam refert Dominus Matthæus histrio Gallicæ scriptor, Tomo 2. septem annorum pacis, ita quid de Molina sententia existimat.

metuatque, declarat. Hæc que appono, hujus Historici verba sunt: Vidi ego litteras Cardinales Baronij, manu propriâ scriptas ad Dominum Petrum de Vilars, Archiepiscopum Viennensem,

C veri alterum Gallie Hilarium; & quem Magnus ille Cardinalis vocat lucernam pedibus suis, dum per obscuram Theologiam contigerit ambulare. Et sane ab omnibus habetur ex doctissimis totius Ecclesiæ Episcopis. Conqueritur ille, quod Molina questionem excitavit, quâ Ecclesia Catholica non erat opus, atque sub finem ait, quod licet diligit & colat ex animo Jesuitas, sibique injuriam reputat quidquid eos offendit, nihilominus eos admonuit, ne existimationem suam defendendo sententiam Molinae, discrimini exponant. Ad marginem vero ipsa verba Epistola sic refert: Vale Pater amansissime & doctissime, lucerna pedibus meis, dum per obscuram Theologiam contigerit ambulare.

D Monii Reverendos Patres meos Societatis Jesu, ne existimationem suam in defensione librorum Molinae periclitari finant, & in discrimen adduci. Col ipsos omnes ut patres, Deus scit, ut de ipsis illud usurper, Opprobria exprobantium tibi ceciderunt super me.

Proximum Baroni, & æqualis dignitas, & eadem sententia Cardinalem Contarenum facit, qui libro de prædestinatione, quantum à Pelagianis Recentiores recedant, his verbis explicat.

E Orti quidam sunt qui se Lutheranorum hostes atque Adversarios, Catholicaque veritatis parvulos esse profitantur, qui statim atque de natura humana imbecillitate, de arbitrij agritudine, verbis apud populam fieri audiunt Lutheranorum doctrinam esse clamant, & cum pertinaciter arbitrij libertatem afferere volunt, hominem paulatim extollunt, divinam gratiam depriment, ipsi ex Catholicis Pelagianos esse faciunt; & ne quod in Christiana Religione caput & radix est, propagetur, & latius diffundatur impediunt, &c. Nos tantum verba referimus, non censuramus, & id nobis licet putamus, quod Adversarius sibi licere existimat.

F Cardinalem Berullium, ceteris dignitate non inferiorem, parem etiam, aut fortè superiori, fecit studium defendendæ gratiæ per se efficacis, ut refert Guillelmus Gibius, Congregationis Oratori insignis Theologus, libro de libertate

Dei &

## SEV CALVINISMI ET IANSENISMI DEPVLSIO. 353

Dei & creaturæ, in Epistola dedicatoria ad Urbanum VIII. ubi ait, quod hujus sententia adeò (Cardinalis ille) studiosus fuit, ut se à contraria alienissimum profiteretur, et si enim cultores quidem ejus admodum probaret, quod tamen eā illas mente in hujusmodi sententiam descendisse animadverteret, ut rationi humana gratificarentur, erga naturam liberaliores essent; nec originem illam, nec dogma inde derivatum, probare unquam potuit. Quin magno animi ardore (ita enim erga gratiam & veritatem affectus semper fuit) & reputabat ipse, & alios quo scumque occasio tulerat, abducebat.

**107.** Nec usque adeo Ludovici Molinae opinio suis placuit, ut à veteri & communi Theologorum sententia abduci cā novitatem scē omnes permisissent. Reclamarunt multi, inter quos primus ac principius fuit Henricus Henriquez, cui honore Molinae charior veritas fuit. Ille enim libro de ultimo fine hominis, cap. 4. exp̄s̄s̄ rejicit scientiam medianam, & docet scientiam futurorum conditionatorum in decreto conditionato fundari, & illud prius ratione in Deo pr̄supponere: *Necessitate est (inquit) in signo rationis supponere libera quādām Dei conditionalem pr̄definitionem, quā posita novit quid esset facturus in tali rerum concurso & occasione.* Et iterum: *Recte concors Theologorum sententia docet, Deum habere pr̄determinationem bonorum efficacem, ex providentia perfecta ab aeterno, in qua & per quam, tanquam p̄rationem, certō omnia sciat.* Et ibidem loquens de sententiā afferentium propositiones de futuro contingentī in signo rationis, antequam concipiatur ulla divina voluntatis pr̄determinatio, veras esse, & pr̄sciri in seip̄s̄, subdit: *Quasi rem novam se invente putant, nam in hac antiqua controversia non configunt universali patres & veteres Theologi ad conditionatam prescientiam.* Ac mox §. 2. *Hac sententia non est necessaria pro afferenda hominis libertate, & in multis deficit.* Et in Commentario littera C. Hac disputatio de prescientia futurorum conditionatorum à nobis (id est Jesuitis) ante viginti annos excitata est, & contra votum nostrum suscepta est in Italia sententia, de qua in textu.

**108.** Nec verò scientiam duxtam medium rejicit, sed ita ex professo admittit pr̄determinationem physicam, ut purissimum Thomistam putet, nam ibidem initio capituli sexti ait; *Non tam difficile est intelligere, ut quidam putant, quod salvo usu nostra libera cooperationis; Deus temperans vim sui concursus, efficaci auxilio moveat, tum physice ex parte potentia, tum moraliter ex parte obiecti.* Et ibidem, ne quid addendum relinquat, solvit argumentum potissimum contrariæ sententiae. *Objicunt (inquit) quidam, si causa efficax & suppositio ex qua infallibiliter sequitur effectus, est jam posita in actu, nec ea est aut unquam fuit in libertate mea; qui fieri potest ut effectus & actus sic à Deo pr̄definitus antecedente voluntate, & mandandus executioni cum efficaci auxilio preventivie, manet nunc in libertate nostra voluntatis?* Quibus respondet primò, antecedens esse causam rei, cum suo modo libero, arguita infert effectum liberum; alioquin Deus non assequeretur modum quem suā providentiā, & suavi motione intendit, nempe ut effectus in exercitio liberè fiat per causam proximam.

**109.** Nec demum censuram omisit, quā Molinae & Lessij sententiam, ut D. Augustini, & S. Thomae doctrinæ adversam notaret, subdit enim

A cap. 24. *In eum finem hac disputant hi Authores, ut pro libero usu nostra voluntatis, quem aliter vix salvare putant circa impletionem precepti, aut viationem peccati, dimicare se putent contra impium Lutherum. Nesciunt aliter contra H̄ereticos salvare nūm nostrā libertatis in exercitio, quā negando ullum auxilium esse aut dici preveniens, quod sit causa proxima pr̄determinans & efficax nostra liberae cooperationis & conversionis, sed sentiū auxilium sufficiens, aut concomitans, quō homo potest uti & converti, si velit.*

B *Nuper etiam prodii liber de ordine, deque priori & posteriori, à Claudio Tiphano Societatis Jesu Theologo editus, in quo per multa capita scientiam medianam impugnat, & cap. 24. num. 4. dicit, Nūlum alium Theogum, ante Molinan, n̄ per sonnum quidem de illa cogitasse; nec eam ullib⁹ vel supposuisse, vel adhibuisse ad ullam sive Scriptura Sacre, sive Theologie Scholasticae, difficultatem expediendam. Et initio capituli sequentis profitetur, Sententiam negantem scientiam medianam, & antiquitatem, & defensorum numero ac autoritate, longe esse meliorem. Et cap. 26. post relata verba Molina dicentis, *Tripliū sc̄ientiam in Deo esse distingūndam, nisi periculose in concilianda libertate arbitrii nostri, & contingentiā rerum cum divina prescientia, hallucinari velimus &c. statim addit. In qua Molina doctrina multa occurruunt improbanda: ac primum id periculi in concilianda sine ejus distinctione nostra libertate, cum prescientia divina, quā minus causos, minūsque intelligentes terrere se putat; non ego solus non video, sed neque ulli ante eum Doctores Scholastici, aut SS. Patres animadverterunt. Quasi vero Dei cum causis sive liberis, sive necessariis, agendi modus ex nostra mente, nostrisque cogitandi, fingendi & distinguendi modis pendeat. Nam voluntas creata, in eo statu in quo scientia media videri dicitur, id est libera, quia in eo si vellet, re ipsa posset facere oppositum eius quod pro innata sua libertate factura dicitur; cum in eo citiam statu, in quo prescientiam visionis videtur, pro sua eadem libertate possit etiam, si velit, non facere quod facit, vel oppositum facere; quidnam sine addita vel cogitata ulla scientia media, aut alia conditione posita, vere & perfectè fuerit libera? Demum cap. 41. num. 3. ait, Concordiam prescientia, providentia, & concursus divini, cum nostra libertate, ab antiquis & pr̄stantissimis Theologis, longe melius, solidiusque declarari, quā ab ullis Recentioribus. Unde Mariana lib. 4. de regime Sociedadis cap. 4. acriter Socios reprehendit, quod antiquam D. Thomæ & Thomistarum sententiam deseruerint, ut novitios opiniones, ex unius privati hominis cerebro progenitas, amplectantur. Ab hoc (inquit) preclaro fonte emanarunt illi turbines & procellæ quibus nostra Societas tentavit exigitare Sapientissimos Dominicane familiæ Theologos, quos potius venerari debebat, ut purioris doctrine Antistites, quam sequibsterna Ludovici Molinae commenta, cuius viri libellus ab examine Theologorū Sacre Inquisitionis delatus fuit Romam, ubi modo liberum arbitrium acerrimè contra gratiam pro palma luctatur. Et libro de morte & immortalitate cap. 6. & 8. ubi dixit sententiam D. Augustini videri nonnullis horridam, subdit; *Video quae à Cassiano dicta sunt omnia de gratia & libero arbitrio, à viris crudelitatis nostræ estate defendi, quasi pietati consona, neque deflexa à fidei regula sancta.***

C Ex quibus facilè (Amice Lector) intelliges,

V

non usque adeo securam esse, aut existimatam fuisse, etiam à suis, Molinæ sententiam, ut non aliquid metuendum sit, & nonnullam etiam inter ipsos Patres Societatis, hujus de qua disputamus, cum Hæreticis Pelagianis, aut Semipelagianis, concordia suspicinem esse. Nos verba referimus, non censuramus, & quod Adversario licet, nobis etiam licere putamus; ac in vi-  
tium, si quod sit, vitio coarctam alieno, ut aiebat Hilarius, de Trinitatis arcano cum Arrianiis disputaturus.

## ARTICVLVS VII.

*Altera accusatio Calvinismi, à la Sa-  
Elitate Dei, ex prædefinitione actus pecca-  
minosi, & concursu ad illum, breviter depel-  
litur ac profligatur.*

**D**uo sunt præcipua Calviniani erroris capi-  
ta, unum circa liberum arbitrium quod de-  
struit; alterum circa peccati malitiam, quam in  
Deum refundit, quo volente, quo jubente, quo  
instigante, peccata omnia perpetrari docet. Quæ  
circa primum caput objicit Adversarius, jam ex-  
pedita sunt: hoc unum modò superest, ut quæ  
circa alterum opposuit, pariter refellamus.

Sic ergo discurrit §. 3. num. 121. Restat aliud  
caput de Autore peccati, de quo etiam petunt pro-  
pugnatores scientia media, quid minus ea de re  
Adversarij quam Calvinistæ dixerint. Atque hec  
propriè est objectio illa quænam stupidam vocat Ioan-  
nes à S. Thoma. Ait autem Calvinus ex Belcaro Episcopo Metensi censuisse, Deum necessitatem  
miseros ad flagitia: Bezam autem dicere, omnia  
necessario evenire ex immutabili Dei decreto:  
Christum necessarij proditum à Iuda, damnatum à  
Pilato &c. Sed hoc iam expedita signo, dum often-  
dimus Calvinum, non aliam intelligere necessita-  
tem, quam eam quam Adversarij non negant, nem-  
pe necessitatem consequentem.

Addit autem Pater Lemos, errasse Calvinum  
quia dixit, Deum ita movere ad malum, sicut ad  
bonum, quod nesciret distinguere inter actionem  
& entitatem, ut est entitas & actio, & inter pecca-  
tum: non erraturum, si diceret concurrere Deum  
ad entitatem, nulla autem modo moveare ad pecca-  
tum. Postea quedam Calvini testimonia adducit,  
quibus docet Dei voluntatem nunquam tendere  
in actum malum, ut malus est, ita ut malitia pos-  
sit ei attribui, quam vult totam penes hominem  
residere, penes Deum non esse nisi legitimum illius  
usum: diversa omnino ratione Deum atque  
hominem circa eandem actionem versari, quan-  
do illa mala est; & ita quidem ut Deus hominum  
perfidiam nolit, ut ei non placeant mali actus,  
quatenus mali sunt; ut in eis inculpata maneat  
Dei justitia; habere tantum idoneos fines, bo-  
nos, sanctos, Deo dignos, propter quos deser-  
nat actus qui mali sunt, atque ad eos efficaciter  
moveat. Quibus expeditis, tandem quasi ovans  
ac triumphans exclamat: Et post tam discribam  
actionis & malitiae distinctionem apud Calvinum.  
P. Lemos in facie Solis hujus, dicere non est ve-  
ritas, id est illum errasse, quod nesciret distinguere  
inter actionem & entitatem, ut est entitas & actio,  
& inter peccatum. Videat equus Lector, & judicer,  
atque hoc etiam recolat, quod dicit P. Ioannes à  
S. Thoma, audito Patre Lemos, qui sic erat exor-  
sus ad Cardinalem Perronium, Illusterrime Do-  
mine, ego dicam omnia quæ Calvinus dixit in hac

A materia, tacuisse Perronium, & annuere visum.  
His præmissis.

Sic ratiocinatur Adversarius num. 125. *Calvinus*  
verbo negat, re autem ipsa fatetur, Deum esse Au-  
thorem peccati; quod facere non potest, nisi conci-  
piendo in Deo quendam modum se habendi circa  
malas actiones, cui propriè conveniat hoc quod est  
esse autorem peccati. Quarimus ergo quis sit ille  
modus, & quid superaddat ad eum etiam modum  
quem Adversarij maximam partem concipiunt? Di-  
cant enim illi Deum decernere antecedenter &  
absolutè, atque efficaciter, ut homo faciat actionem quæ  
mala est; & ut necessario necessitate consequentia or-  
tæ ex tali decreto, illum faciat. & ut faciat cum cog-  
nitione prohibitionis, & malitie, ac proinde in om-  
nibus circumstantiis, à quibus est impossibile malitiæ  
abesse, atque in eum finem imprimeri homini  
motionem efficacem. Et licet homo nequiter sequar-  
tur illam motionem, Deum tamen iustè id facere as-  
santrè, quod idoneos habeat in adiutori sapientia  
sua ita faciendi rationes; idoneosque fines intendar,  
& modos etiam idoneos servet in hujus operis exe-  
cutione. Querimus, inquam, quid ultra citravæ Cal-  
vinus dicat, nam quod negat liberam esse hominis  
actionem hanc, constat non rejicare rem illum quæ  
apud Adversarios est libertas, quæ scilicet excludit  
tantum coactionem, & ut ipsi putant, necessitatem  
consequentiæ, servatque indifferentiam judicij. Ca-  
terta vero utriusque sententia, inter se in quo discre-  
pent, inquirimus.

Nec quisquam dicat (subdit P. Annatus) ut est  
varium, incertumque, ac versatile ingenium hæreti-  
corum, Calvinum dicere contraria, & qua astruit  
iis locis quæ à nobis allata sunt, aliis destruere. Pro-  
ponenda enim effient testimonia illa priorum destruc-  
tiva, quæ nunquam extant. Et cum nos contradic-  
tionis alteram partem aperiè producamus, Adver-  
sary nisi producant alteram, causa nobis erit adju-  
dicanda. Presertim cum & Calvinistæ rigidi, qui  
contra molles Calvinistas inheserunt, solvenda hu-  
jus difficultatis rationem, quam illi exhibuerunt  
contra quos disputationem, ardenter amplectantur; ut  
videre est apud Amesum contra Bellarmineum, &  
Molinum in Anatome Arminianismi, quos di-  
ceres, dum questionem hanc tractant, audiisse in  
Schola Didaci Alvarez.

Mirum est sane Adversarium, qui ex seria Calvi-  
ni lectione, verū ejus sensum eruuisse se putat, Cal-  
vini tamen modum nō advertisse scribendi varia,  
opposita, & pugnantia, vel ut ratio diversa rerum  
ferebat, vel ut spiritu suo vertiginis agebatur. Et  
crevit admiratio, dum legi caput quartum libri se-  
undi institutionum, ex quo P. Annatus desumpit  
præcipua testimonia quæ nobis objicit: nam in eo-  
dem capite plura scribit Calvinus, ex quibus ma-  
nifestè colligitur, ipsum totum quod in peccatis  
E tā de materiali quā de formalī repertur, Deo ut  
authori tribuere. Nam ibidem docet, Deū duobus  
modis exactare mentes infidelium, & indurare cor-  
da peccatorum. Primo subtrahendo auxiliū divine  
gratiae illuminantis mentes hominum, & emol-  
lientis corda illorum: quem modum Catholicī cū  
Augustino admittunt. Secundò, quia ad exequen-  
dā sua judicia, per ministrum ire sive satananam, &  
confilia eorum destinat quod visum est, & voluntates  
excitat, & conatus firmat. Sic ubi recitat Moys-  
es, Sehon Regem transitū non dedisse populo, quia  
induraverat Deus spiritum ejus, & cor obfirma-  
verat: finem consilij mox subjungit, ut daret eum  
in manus nostras inquit. Ergo quia perditum Deus  
volebat, obstinatio cordis, divina fuit ad Deum.